Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8286
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cum suis compositis. Lanus in flumine
quidam dicitur ultra danubium. teste sat
hu. unde per compositionem alanus a u
dicitur iuxta lanum habitans. unde hec
alania ie. dicitur alanorum terra. unde ala
nus a um et alanicus a um gentilia. Et
alani supra etiam aliqualiter expositum
est loco debito litterae. ¶

Laos grece latine dicitur lapis
unde apud grecos laos vel
leos dicitur populus quasi lapideus
Et alaos quod est populus dicitur laycus
a um popularis vel dicitur alaos quod est
lapis et tunc dicitur laycus q. lapideus quia
secundum fabulas deucalion reparavit
homines de lapidibus iactis post tergum
vel laycus dicitur q. lapideus quia durus
et extraneus est laycus populus a
scientia litterarum. Et notandum quod panis
communis quo quilibet vesci poterat
dicebatur laycus panis sed panis sacer
dotalis fiebat de publico sumptu et eo
soli sacerdotes vescebantur panis vero
leviticus qui et offertorius dicebatur erat
ille quo soli levite vescebantur s. de gene
levi existentes. Et sciendum quod lay
tus quandoque dicitur illiteratus et quandoque ma
le litteratus et quandoque non tonsuratus sive
sit litteratus sive non. Et alaycus layca
lis le i. ad laycitatem vel ad laycum
pertinens vel laycus. unde hec laycali
tas atis dicitur proprietas per quam aliquis
dicitur laycalis vel laycus vel sic dicitur
laycorum congregatio. ¶ Laos vel leos
componitur teste hu cum omos quod est
os. Et dicitur hec omelia ie q. os populi
et est omelia sermo ad populum dirigendus. ¶ Item alaos quod est lapis
dicitur hic lapis idis vel aledo dis
quia ledat pedem et dicitur q. ledens

pedem per ethimologiam et est lapis idem
quod saxum vel aliqua pars saxi postquam
recisa fuit de saxo quia frequenter ledat
pedem talis pars saxi cum modicum
appareat transeuntibus. unde hic la
pillus li diminutivum lapideus a um
possessivum. Et lapidosus a um i. lapidibus
plenus et comparatur. Et hec lapista te dicitur
genus lapidei vasis et aquarii ut patet
ex hu. Et lapido as i. lapidibus percutere
obruere et iactare. Et componitur dilapi
do as i. dispergere dissipare diversimodis
lapidare et ponitur quandoque pro mutilare
expendere. lapido as activum est cum
suis compositis. ¶ Lapis componitur cum
cedo dis cecidi. Et dicitur hic et hec lapi
dicida de et hinc sepius dicitur per synco
pam ut videtur hic et hec lapicida de lapi
dum cesor vel mulier cedens lapides
Et hec lapidicina ne dicitur locus ubi
lapides cediuntur. ¶ Laos componitur et
cum thomos quod est incisio vel sectio
Et dicitur hic lathomus mi lapidum
decisor vel sector. unde hec lathomia ie
dicitur lapidum decisio. ¶

Lapa pe dicitur herba que habet
ingentem caulem per terram
dispositum. Et agrecus philan
tropos dicitur aphilos quod est amor et
antropos quod est homo quia vestibus
hominum quadam affectione videtur
adherere. Et alapa hec lapatica ce
queda a a herba dicitur que in cibo sum
pto stomachum confortat venerem
reprimit urinam provocat et ructum
excitat. Et hec lapates tis dicunt
quidam cibum ex oleribus factum
ut patet ex hu. unde alexander nequam
lapates cibus est olus componit eundem

alanus a.
Alania
Alanicus
laycus a.
laycalis le
laycalitas
Omelia
lapillus li
lapideus
lapidosus
lapista te
lapido as
dilapido
lapidicida
lapicida
lapidicina
lathomus mi
lathomia
lapatica vel lapatia
lapates tis